TRIVMPHVS PAPALIS
SVPER
SVCCESSIO-
NEM EMENTITAM, ET CON-
ENSVM DISSENTIENTEM PON-
IFICIORVM, ET JESVITARVM: QVO LIQVI-
do demonstratur, qua ratione Papæ, Cardinales, Epi-
copi & Ieſuitæ: Item, Concilia multivaria, cum D.
ulo, reliquisq; Apoſtolis & Patribus, conſentiant
& concordent; quibusve in Articulis fidei, æter-
nam ſalutem concernentibus, ſibi ipſis
contradicant & inter ſe ipſos
diſſentiant.

NGRATIAM AC VTILI-
ATEM EORVM, QVI TIRANNIDE
PERFIDIÆ ROMANÆ SYNAGOGÆ ANTI-
ſtitum, in hodiernum usque diem oppreſſi, veritatis amantes religionisq; Orthodoxæ cupidi exiſtunt.

Conſcriptus:

RIMUM INJURIA TYPOGRA-
I, SUPPRESSO AUTHORIS NOMINE, ALI-
no labori præfixus: Nunc denuo recognitus,
multis in locis auctus & correctus.

Editus

Ab Authore ipſo

MAXIMILIANO PHILONE

Trevirenſi.

Impreſſus Anno M D C VII.

ILLVSTRISSIMO, POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO STEPHANO BOZKAY: Sacri Romani Imperii ac Transsylvaniæ Principi, Comiti Siculorum, & Domino quarundam partium Regni Hungariæ &c. Principi ac Domino suo Clementissimo.

EQVIDEM Celsit. T. Illustrissime potentissimeq; Princeps, Domine Clementissime, ut & alios omnes Christi fideles non latere arbitror, qua quantaq; arrogantia Romanæ synagogæ Antistites & asseclæ, veram semper Catholicam & universalem Christi Ecclesiam, apud se, suosq; Antistites, ejusdem Ante-

ceſſores & univerſales fuiſſe, eſſeq; e
tiamnum hodie Epiſcopos, glorie
tur: Quin & Divum Petrum, Chri
ſti Apoſtolum, primum Roman
Eccleſiæ Pontificem conſtituunt, d
ab eo & nuſquam interrupta ſeri
ac ſucceſſione, per mille quingento
& ultrà jam annos Papas Chriſti i
terris Vicarios ac Inſpectores uni
verſales Eccleſiæ præfuiſſe, conten
dant.

Chriſti econtra plebeculam ſacra
Confeſſioni Auguſtanæ ſyncerioi
ejusq; Apologiæ addictã, calumni
antes, ubiq; deprædicant, quaſi no
ſtræ Fidei Confeſſio, à Doctore Lu
thero demum anno jam 60. aut 7
vertente abhinc, in lucem magn
cum Eccleſiæ Chriſti damno prola
ta ſit, nec ullo modo nos noſtræ A
ſertionis Articulos ſacrarum litera
rum

rum testimoniis approbare (quemadmodum sua se falsò sibi arrogant) nec ante trecentos aut quadringentos annos, nec talem ubivis locorũ Religionis Christianæ Confessionẽ ac Fidei placita extitisse, nedum ordinariam adeò & nusquam interruptam Ecclesiæ Doctorum & Antistitum successionẽ, demonstrare posse. Et sanè hæc calumnia & cavillatio, non solùm apud rudem plebeculam, sed vel etiam apud sapientes & potentes hujus mundi, dubitationem & hæsitationem haud mediocrem, hisce nugamentis in speciem perquam plausibilibus, excitare deprehendimus.

Verùm paulo altiùs si rem perpẽdamus, & ipsos suæ Religioni addictos historicos, ut Platinam, Pontanum, Joannem Baptistam Mantua-

num, Sabellicum, Volaterranum Palmerium, Marianum, Luitprandum, Aventinum, & alios attentius inſpiciamus, & in eorum monumentis hanc Pontificum Romanorum ordinariam ſucceſſionem ſecutam, & conſenſum diſſentientem conſideremus: Deprehendimus permultos Eccleſiæ ſuæ (Romanæ) Papas fuiſſe hæreticos.

Nicol. Lyra in Evāg Matth. c. 26. Diſt. 21. c. quū eauſa.

Anaſtaſius, juxta ipſius Juris Canonici teſtimonium diſtin. 19. Neſtoriana hæreſi infectus, ab ipſis clericis ſubditis ſuis condemnatus eſt. Marcellinus gentilium diis immolavit. Johannes XXIII. eo quod mortuorum reſurrectionē & vitam æternam haud crederet, à Concilio Conſtantienſi, pontificali dignitate exutus, & ab officio Chriſti Vicariatus remotus eſt.

Conſtantienſe Concilū Seſſ. 11.

Euge-

Eugenius IV. à Basilienſi Concilio, hęreſeos crimine ſe polluiſſe, cõvictus eſt & damnatus. Liberius cũ Ario Chriſti diuinã naturam impugnavit. Eutychis hæreſi Honorius eſt aſtipulatus. Bonifacius VIII. itidẽ quoq; hæreticorũ in caſtra trãſivit. Clemens vero VI. Anno Chriſti 1346. ab univerſis S. Romani imperii Statibus, imò & à ſecularibus & à clericis, hæreticus & Antichriſtus eſt declaratus: quod & ſimiliter Joanni XXII. contigiſſe legimus.

Seſſion. 45.

Concilium Coloniẽſe. Tom. 1. fol. 408.

Gregor. de Valent. in analyſ. fol. 310. Nauclerus lib. 8. fol. 401. & ſeq. & fol. 397.

Prætereo hîc lubens flagitioſiſſimam, turpiſſimam, belluinam, imò diabolicam vitam, quam plerosque Pontifices vixiſſe, teſtis eſt fidei mater hiſtoria, cujusq; vel ſola cogitatione Chriſtianũ lectorẽ phorreſcere & permoveri, maximè eſt neceſſe. Joã. VIII. natione Anglus, alio & ve-

ro nomine Agnes dicta, publicum prostibulum, sexum mentita virile Pontificalẽ sedem obtinuit. Ioannes XIII. in scortatione deprehensus gladio fuit interemptus. Sixtus IV. Innocentius VIII. Iulius III. & Pius IV. in ipso rei venereæ exercitio turpiter suffocatus periit. Alex. VI. & Paul. III. præter quòd sororib. germanis, imò & filiabus propriis turpiter abusi sunt, etiam diabolico sodomitico peccato contaminati fuerunt.

Bleidanus lib. 21. fol. 876.

Bellarminus Card. de Pontifice, tertia controversia in præfatione fol. 23. Item l. 4. c. 10. usq; ad 15. Item Stapleton. cõtrov. 1. quæst. 5. art. 3. Relect. princip.

Sergius II. Bonifacius VII. Benedictus VIII. Clemens IV. Eugenius IV. & Iulius II. qui intra septennium 200000. hominum bellicis expeditionibus absumpsit, incredibili imperandi & belligerandi studio arserunt.

Sylvester itidem II. Ioannes IX. Benedictus IX. Gregorius VII. Ioannes XXI. Alexander VI. Paulus

III. magicis omnes disciplinis imbuti, carumq; auxilio tantum ad dignitatis fastigium adscendêre; pleriq; verò (historiâ teste) crudeli fato, ac horribili morte defuncti: Ab hisce verò ac pluribus fœdioribus multò ac flagitiosiorib' Synagogæ Romanæ Antistitibus, & per hos ordinariam illam & sacrosanctam successionem, quæ nunquam vel erravit, vel errare potuit, ad hodiernos usq; Pontifices Romanos nusquam interruptâ serie propagatâ, pervenisse gloriantur.

Quin & per quadraginta continuos annos, duos simul Romanæ Ecclesiæ præfuisse Papas, dissentientes inter se, & alterum quidem Romæ, alterum Avenione (Galliæ oppido) consedisse, perpetuis intra se bellis & concertationibus furen- *Gent. lib. 5. fol. 338.* *Balæus fo. 337. & 342.*

tes, alterumq; alterius constitutiones, decreta & doctrinam damnantes, legimus.

Rom. lib. 8. fol. 406. 408. Papa non Papa fol. 260. Eras. Rotero. 1. Epist. Cor. cap. 7. Itē Genebrardus in sua Chronologia.

Tandem verò tres uno & eodem tēpore regnasse Papas Antichristos accepimus. Anno nempe 1045. Benedictus IX. Sylvester III. & Gregor. VI. suo quisq; loco, Cardinalium suorū consortio stipatus, Romanæ Synagogæ navem gubernarunt, Episcopos ordinarunt, decretaq; & constitutiones sanxēre: nemo verò Laicorum tum tēporis, quis illorum verus Christi successor, Papa vel Antichristus fuerit, scire potuit. Item

Platina fo. 361. Itē Chronica Helvet. fol. 62.

Anno 1413. Papa Joannes, Gregorius & Petrus de Luna: in se verò invicem illi veneno, latrociniis, gladio ac tormentis desævierunt.

Hinc verò conjici facili negotio potest, cujus spiritus filii illi sint; &

quo

quo loco illorum tantoperè lâudata, & in cœlum usque ſublata Succeſſio & Conſenſus, habendus ſit.

Nos verò noſtræ Fidei Confeſſionem, ſacramq; Dei Eccleſiam ſequentibus ex fundamentis immotis & infallibilibus demonſtrare facilè poſſumus: Eam nempe noſtræ Confeſſionis normam, (ut falsò calumniantur adverſarii) novam non eſſe, & inventum hominis hæreſinve: verùm in omnibus ac ſingulis Articulis, potiùs ſacratiſſimo Dei verbo, ac ſcriptis Apoſtolicis Propheticisq;, pro ut ab ipſo Spiritu S. ex ore æterni Patris prolata eſt, conformem eſſe & conſentientem, neque in ea contrarietatem ullam aut diſſenſionem verè demonſtrari poſſe.

Nec ullo etiá modo negari à quoquam poteſt, Deum Opt. Max. quóadmodum etiam in veteri Teſtaméto populum ſuum ac Eccleſiam, licet perexiguam, (etſi Propheta Elias unicum ſe Dei veri miniſtrum reliquum querebatur) conſervavit: ita etiam & eodem planè modo in Novo Teſtaméto ſub media Paparum tyrannide & Antichriſti regno, pios aliquot & Eccleſiæ ſuæ membra conſervaſſe, & in hodiernum uſq; diem conſervare.

I. Et quidem in primitiva illa Eccleſia, erant infantes illi, qui ſacro Baptiſmatis fonte abluti, in ipſa infantiæ ſuæ innocentiâ naturam concelêre.

II. Innumeri etiam ſubſequentibus fuêre temporibus, quorũ præ oculis veritas, ac puritas Doctrinæ abſcon-

dita fuit, quiq; ſacra Dei elogia ac ſcripta Prophetarum nō potuerunt, nec etiam immani ſacrificulorum Antichriſti metu ac minis perterriti, legere auſi ſunt; in ipſo tamen mortis articulo, exſuſcitatâ conſcientiâ, agnoverunt tandem (quod & de S. Bernhardo legimus) bona ſua opera, quibus gaudebant, haud ullum ipſis ſalutis æternæ conſequendæ adminiculum adferre, ſicq; tandem una & ſola ſatisfactione ac merito Chriſti ſalvatoris ſubnixi (juxta præcepta artis moriendi S. Anshelmi) à Spiritu ſancto illuminati, tandem in vera Chriſti fide, agnitione peccatorum ſuorum, & apprehenſione meriti Chriſti, ac Dei miſericordiâ, ex hac miſeriarum valle migrarunt: quos ſanè omnes ab æterna felicitate excluſos fore, haud eſt conſentaneum.

Quin

III. Quin & orientalis Ecclesia, occidentalis hujus Synagogæ Pontificibus, semper ac assiduò restitit, nec unquam ejus se submisit jugo: sed potiùs ad hodiernum etiam usque diem, verum Antichristum & Christi adversarium Romanum Pontificem agnoscunt, & profitentur, ac quotannis stato quodam die solenniter condemnant.

IIII. Præterea & ex Catalogo testium veritatis clarè patet, innumeros Christianorum, qui nostræ Fidei Articulis ac Confessioni adhæserunt, à crudelissimis & sanguinolentis Romanæ Synagogæ Antistitibus, solùm propter puriorem ac sanam Christi doctrinam & Confessionem, gladio, igni, rota, tormentis ac suppliciis exquisitissimis, esse sublatos. Imò & hodierno adhuc

huc die ludibrio habent pios in exi-
lium pellere: ac, si vires eorum tru-
culentissimis & sanguinariis consi-
liis, ac eventus responderet, haud
sanè ullo modo acquiescerent, quin
omnes nos, nostrosq; radicitus ex-
stirparent, quæ & non postrema est
regni Christi ac Ecclesiæ fidelium
nota.

Præterea & ex historiographo- V.
rum monumentis apertè constat,
potentissimos Principes nõ solùm,
sed & inferioris dignitatis Christi
accolas, imò & clericos ipsos, Papa-
rum importunitati & mendaciis re-
stitisse, editísque publicis scriptis
condemnasse ejus doctrinam: ve-
rùm occulto Dei judicio suppressos
à meretricis hujus Babyloniæ satel-
litibus fuisse.

Cùm igitur ex hisce manifestò o-

mnibus appareat, Romanæ Syna-
gogæ Antiſtites ac Clericos haud
quaquam, ſed potiùs nos verum Dei
populum ac Eccleſiam Chriſti eſſe,
ac indubitanter ejus verbo conſenti-
entem conformemq; fovere doctri-
nã; Econtra verò nullã omnino ubi-
cunque hæreſin reperiri poſſe, quæ
tot ac tam diverſis ac diſſentiẽtibus
ordinibus & ſectis ſcateat, quorum
quælibet alteri ſanctitate præfulge-
re ac præpollere, ſuisq; confictis
ſacris operibus ſupererogationis,
precioſo ac ſalutifero Dei filii me-
to remoto, æternam vitam promo-
reri gloriantur & præſumunt.

Hiſce graviſſimis ſanè de cauſis
Clementiſſime & potentiſſime Prin-
ceps, ego præſentem hunc exiguum
licèt commentariolum, de ordina-

I.

TRIUMPHUS PAPALIS SUPER SUCCESSIONEM ET CONSENSUM PONTIFICIORUM IN EORUNDEM PROPRIA DOCTRINA AC RELIGIONE, & qua ratione cum Divo Paulo & reliquis Apostolis, ac sanctis patribus concordent in articulis æternam salutem concernentibus.

LUCÆ XXII.

Christus dixit ad Petrum: Ego pro te rogavi, ne deficiat fides tua: Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.

Paulus ad Gal. 2. Petro erranti in faciem restitit, & reprehendit eum: sed conversus, tandem salvus factus est. Ex quo facilè colligere & judicare licet, Pontifices etiam peccare & errare posse.

Qui stat, videat ne cadat. Septies in die justus cadit. 1. Corint. cap. 10. Proverb. 24.

AFFIRMAT.

PAPA Adrianus sextus, in Imperrij senatu Anno 1522. Norimbergæ habito, per legatum publicè confessus est: Scimus in hac nostra sede Romana multa abominanda fuisse, abusus in Spiritualibus, & omnia deniq; in perversũ mutata. Ius Canonicum distin. 40. cap. ultimo: Non Cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis Sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos.

NEGAT.

PAPA Symmachus ait: Sedes Apostoli Petri Papã sanctum facit. Item Felinus prætendit: Quòd Papa sit Deus, ideo eum errare non pósse. Itẽ Ius canon. dist. 96. c. satis.

(*Ego autem existimo eum esse eundem Deum, sicut à duobus Archiepiscopis Colonienſi & Trevirenſi descriptus est.*)

Aventinus in Annalibus lib. 4. habet de Papa Nicolao primo: Tu Pontificis quidẽ personam prætefers, at tyrañum agis: sub habitu, & cultu pastoris lupum sentimus. Titulus parentem mentitur: tu te factis Iovem ostentas. Cùm sis servus ser-

vorum, Dominus Dominorum esse con-
ndis. Iuxta disciplinam Christi servato-
noſtri, infimus es omnium miniſtrorum
mpli Dei: tu verò libidine dominandi in
xceps abis: quicquid tibi libet, licet: fu-
s factus es Christianis.

AFFIRMAT.

Petrus de Aliaco
rdinalis Camera-
nſis in Con. Con-
ntienſi Año 1417.
bito, ingenuè fa-
tur: Manifeſtum
quòd longo jam
pore Eccleſia Ro-
ana fuit multipli-
er deformata: in-
guitq; & nunc ma-
ùè indiget, ut in fi-
& moribus refor-
tur.

Andreas Fricius
agni nominis Pon-
icius, cap. 5. lib. 4.
Republica emendanda inquit: Pontifi-
i plerique multa & in doctrina, & in

NEGAT.

Cajetanus Cardi-
nalis & Thomas A-
quinas: Papa, ut ve-
rus papa, errare non
poteſt: quia ſedenti
in ſolio ſuæ Majeſta-
tis Spirit' ſanctus ad-
ſiſtit. Item Albertus
Pighius ait: Pontifex
non poteſt ullo mo-
do eſſe hæreticus,
nec publicè hæreſin
docere, etiamſi ſolus
rem aliquam defi-
niat. lib. 4. hierarch.
Eccleſ. cap. 8.

Sacramentorum administratione & in
sciplina emendari optant.

Alphonsus de Castro lib. 1. cap. 2. co
hæresin: Pontifex potest esse hæretic', &
resin docere.

Gregorius de Valentia analys. part. &
Pontificem posse privatim in hæresin i
dere, & hæresin manifestam aliis obtru

Archiepiscopus Florentinus par. 3. ti
cap. 7. in fine ait: Cùm omnia possit P
& multa alia, potest etiam & hoc, quo
commune omnibus, scilicet errare &
care, juxta illud: Omnis homo men
graviusq; cæteris puniendus, nisi pœni
in inferno dist. 40. Si Papa.

AFFIRMAT.

Nicolaus Lyra testatur in Matthæum 16. cap. inquiens: Ecclesia vera non consistit in hominibus ratiõe potestatis vel dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis: Quia multi Principes & summi Pontifices

NEGAT.

Bellarminus
dinalis negat: P
fex Romanus i
quæ ad fidem p
nent, nullo casu
re potest. lib. 4
sumo Pontifice
3. Thom. Staple
controv. 2. qu
Hoc ipsum affir
Iob

es invéti sunt apo-
asse à fide. In jure
nonico dist. 19. le-
ntur hæc verba de
ntifice Anastasio:
uia ergo illicitè, &
n Canonicè, sed contra decreta prædе-
sorum & successorum suorum hæc re-
pta dedit, &c. Ideo ab Ecclesia Roma-
repudiatur, & à Deo percussus legitur.
em Pulchra Successio.)
icolaus Papa dist. 21. testatur, quòd Mar-
linus Papa tempore Diocletiani & Ma-
niani Augustorum in templo paganorum
na thuris super prunas imposuit, adeoq;
olis sacrificavit.

Concilij Constanti. Sess. 11. verba hæc
t. Iohannes Papa 23. dogmatisavit, vitam
mam non esse, neq; aliam post hanc ex-
standam. quin imò dixit, & pertinaciter
didit, animum hominis cum corpore
ri & exstingui adinstar brutorum anima-
m, &c.

in Basilienſi Con. Sess. 41. Papa Euge-
s quart. hæreticus & schismaticus pro-
ntiatur: quia scripta schismatica à fide de-
& hæretica, quæ tamen ipse sententiam

Iohan. de Turrecrē. lib. 2. cap. 110. Item Alex. Carerius de potestat. Roman. pontif. lib. 1. cap. 23. nu. 6.

definitivam appellârit, in publicum ſp

Honorius Papa fuit Eutychianus. A lyſ. Gregor. de Valentia pag. 310.

Liberius Papa fuit Arianus, qui divi tem Chriſti abnegavit. Platina. Item T 1. Con. Col. pag. 408. Papa Zephyrinu ſtante Tertulliano, addictus fuit h Montani.

DIVUS PAULUS AD GAL. 1

Si aut nos ipſi, vel angelus de c euangelizet vobis præterquam q euangelizavimus vobis, anath ſit.

AFFIRMAT.

PAPA Vrbanus inquit 25. quæſt. 1. c. ſunt quidam: Vbi apertè Dominus vel ejus Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres aliquid definierũt, ibi nõ novam legẽ Rom. Pontifex dare, ſed potiùs, quod prædicatũ eſt,

NEGAT.

CAROLVS nus & Sigi dus Neopolita tem Archidia prætendunt: P formam Sacra rum ab Apoſto ditam poſſe imm re. Item Papam ſtatuere contra

est, usq; ad animam confirmare debet. Si enim quod docuerũt Apostoli & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur.

stolas Pauli: Item cõtra Euangelium. Iesuita Fabricius Romæ nõ veritus est dicere: Melius est Pauli Epistolas rejicere ex Ecclesia, quàm cum detrimẽto sedis Romanæ legere.

Affirmat.

Papa Zosimus inquit: quæst. 25. 1. cap. Contra Statuta patrum cõdere aliquid, vel mutare, nec hujus quidem sedis potest autoritas. Papa Symmachus, ut est dist. 10. cap. 2. Non licet Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra divina mandata præsumere, nec quicquam, quod Evãgelicis, Prophetis

Negat.

Archiepiscopus Florent. par. 3. Sum. tit. 22. cap. 6. §. 7. Omnia diffinita à Romano Pontifice, teneantur tanquam à Vicario Apostoli Throni. Et §. 22. Papa potest tollere singula, & non omnia simul. Item, novas potest instituere religiones. Extra de Sent. & re judic. in caus. 49. Pontifex, sive possit esse hæretic'

pheticis aut Apostolicis regulis obviet, agere.

Thomas in summa sua, parte 3. art. 6. quia, inquit, Ecclesia fundatur in fide & in Sacramentis, ideò ad ministros Ecclesiæ, novos articulos fidei editos removere, aut nova sacramenta instituere, aut instituta removere, non pertinet. Sed est hoc potestatis excellentiæ, quæ soli debetur Christo, qui est Ecclesiæ fundamentum.

Franciscus de Zabarellis in tractat. de sedando schismate potis. cap. 25. quæst. 1. scribit: Quòd si Papa destruere vellet id, quod sive non, definiendo aliquid in fide, modo definiat, hoc ipso est indubitanter credē dū. Alex. Careri lib. 1. c. 23. de potest. Rō Pontif. Stapletonus controv. 2. quæst. 2. Hostiensis in c. quāto. de translat. prel. Papa potest dispensare contra universalem statum Ecclesiæ. Si Papa innumeras animas catervatim secum ad orcum abducat, neminē debere ei dicere, quid facis? c. Si Papa. dist. 40. Concilium Tridentinum Sess. 5. cap. 2. Ecclesiam potestatē habere, Sacramenta à Christo instituta immutare, pro ratione temporis & loci. Iuxta illud Danielis 7.

Pa

quod Apostoli docuerunt, & Prophetæ, non sententiam dare, sed errare convincendus est.

Putabit quòd possit mutare tẽpora & leges.

Gerson eos delirare dicit, qui in potestate Papæ, Concilii, vel Ecclesiæ esse dicunt: Immutare traditiones ab Euangelistis vel Apostolis datas. de vita spirituali lect. 2. coroll. 7.

Nota. Patres Concilii Tridentini delirarunt.

Paulus 1. ad Cor. Cap. 6.

Homicidæ, Scortatores & Adulteri, non possidebunt regnum Dei.

Affirmat.

Georgius Gottfrid Canonic' Patavienſis: Plerosque Pontifices turpem atq; flagitiosam traduxisse vitam, luce clarius est. in Apologia sua fol. 116.

Nicolaus Papa in literis

Negat.

Felinus & Innocentius sentiunt: Papam non posse accusari de Adulterio aut homicidio, quia sacrilegii instar esset disputare de facto Papæ, cujus facinora excusantur, ut homici-

literis ad Michaëlem Imperatorem pronunciat, inquiēs: Sententiam Romāæ ſedis non negamus poſſe in melius commutari, &c. Thom. Stapletonus controv. 1. quæſt. 5. art. 3. Relect. princip. Ad reliquas omnes vexationes (loquitur de Eccleſiæ perſecutione) acceſſerunt enormia & horrenda Romanorum Pontificum peccata atque flagitia. Vix enim ullum peecatū (ſolâ hæreſi exceptâ) cogitari poteſt, quo illa ſedes turpiter maculata non fuerit, maximè ab anno 800. & infra.

Magis peccās, majori dignitatē & gloria ſignus, juxta ſententiam Bellarmini

dia Samſonis, furta Hebræorum, & adulterium Iacob. Itē: Si Papa ſuis manibus aliquem interficiat, tunc ſolumodo eum fieri irregularē. Bellarmin' Cardinalis de Pontifice concludit 3. controverſia in p̄fatione. fol. 13. § Itaq; nihil eſt: (das iſt auß gut teutſch: es iſt erlogen) Scelera & flagitia Pontificum, nō minuere, ſed augere privilegia & gloriam illorum.

Concilium Conſtantienſe ait: Papa contrarijs moribus Petro vivens, nihilominus eſt verus Pontifex.

PAU-

Paulus Apost. 1. ad Cor. 7. inquit.

Qui non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.

Affirmat.

Cyprianus Epist. lib. 1. Epist. 11. Qui in Castitate perseverare nolunt, vel non possunt, Melius est ut nubant, quàm in ignē delicijs suis cadant. Papa Gregorius cùm aliquando in piscinam quandā piscatum misisset, in qua sex millia infantium submersorū crania inventa fuissent, suum de Cœlibatu Sacerdotum edictum revo-

Negat.

Belarminus negat: Vtrūq; est malum, & nubere & uri: Imò pejus est nubere, quicquid reclament adversarij. l. 12. de Monach. c. 30. Item: Quæ nubit post votū simplex, magis peccat quàm quæ fornicatur. Item Papa Calixtus & Innocētius secundus Pontifex, statuūt: Matrimonia post votum contracta, esse dirimenda. dist. 27. cap. presbyteris. 27. quæst. 1. c. ut lex.

Nónne hoc est Divum Paulum mendacij arguere.

Thomas

revocavit, perturbato animo dicens: Se ſuo decreto eſſe cauſam, quod protinus ipſe damnavit & abrogavit, inquiēs: Melius eſt nubere, quàm cædibus occaſionem & cauſam præbere. Vide Balæum in præfat. ad lectorem: Item fol. 46.

Gratianus pronunciat: Tanta eſt vis in ſacramento conjugij, ut nec ex violatione voti, poſſit diſſolvi coniugium. Quodq; Conjugia voventium pro Adulterio reputanda nō ſint, ac diſſolvi nō debeant. diſt. 27. q. 1. ç. nuptiarum.

Paphnutius confeſſus eſt: Nuptias honorabiles, & Caſtitatem eſſe dixit, cum Thomas Aquinas: Ad perfectionem tēdentibus, maximè vitādum eſt vinculum conjugale.

Papa Symmachus, ut eſt diſt. 10. quæſt. 3. cap. 11. Si quis prohibet vobis, quod à Domino præceptū eſt, vel rurſus imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis ſit omnibus qui diligunt Deum.

Papa Cœleſtinus tertius prætendebat, hæreſin diſſolvere matrimonia, ita ut etiam is, cujus uxor inciderit in hæreſin, aliam in uxorem ducere poſſit. Quod ipſum autem Papa Innocentius ejus nominis tertius contradixit.

pro-

propria uxore concumbere. Dist. 31. ex historia Tripart.

Patres Affirmant.

Augustinus.

Quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse: Ego autem dico, quòd graviter peccent, qui tales dividunt.

Ambrosius de virginibus lib. 1.

Nuptias ego verè suadeo, & eos damno, qui dissuadere consueverunt.

Epiphanius lib. 2. tom. 2. hæres. 67.

Venerandæ igitur sunt nuptiæ, quoniam ipse illas decoravit: quare accedit ad nuptias, ut obturet eorum ora, qui loquantur contra veritatem. Istic enim primum signum edidit Iesus in Cana Galilææ, aqua in vinum commutata.

Paulus 1. ad Timot. 3. ait.

Episcopum oportet esse irreprehensibilem, unius Vxoris virum, filios habentem subditos cum omni honestate. Quia si quis domui suæ præesse nescit,

neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei? Item Heb. 13. Honorabile ſit conjugium, in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros judicabit Deus.

AFFIRMAT.

GREGORIUS Papa ad Theoctiſtam Patriciam ſcribit. diſt. 10. c. lege. Si conjugia religionis cauſa diſſolvi debere dicãtur, ſciendum eſt? Etſi hoc lex humana conceſſit, lex tamẽ divina prohibuit. Itẽ, Conciliũ Gangr. (diſt. 28. cap. Si quis:) Siquis docuerit ſacerdotẽ, ſub obtentu religionis, propriam uxorẽ contemnere, anathema ſit.

Papa Pius ſecundus, antea Æneas Sylvius dictus, lib. 2. Concilij

NEGAT.

PAPA Innocentius citans dictum Pauli: Qui in carne ſunt (putat conjugium) Deo placere non poſſunt. Canon. propoſuiſti, diſt. 82.

Pighius ait. Satius eſt Sacerdotem habere quinque meretrices, quã unicam uxorem.

Franciſcus Coſter: Sacerdos ſi fornicetur, aut domi concubinã foveat, tametſi gravi ſacrilegio ſe obſtringit: graviùs tamẽ peccat, ſi cõtrahat matrimoniũ. In Enchiridio t. de Cœlibat. Sacerdotũ.

Basil. fatetur: Melius esse Sacerdotes in matrimonio vivere: Et Sacerdotibus magna ratione quidē ademtum conjugiū, majori restituēdū esse, qa multi salvarētur in Sacerdotio cōjugato, q sterili in presbyteratu damnātur.

Concilium Gangrē-se, dist. 31. cap. si quis. Si quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem & religiosam cum viro suo dormiētem abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquàm nō posse conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit. Item: Si quis discernit presbyterū conjugatū, tanquā occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideò abstinet, anathema sit. Itē: Presbyter aut Diaconus, q religiōis causa uxorē suam expellit, excōunicetur: si verò in hoc permanserit, deponatur.

Concilium Tridentinum Sess. 8. can. 9. & 10. damnat asserentes, Clericis concessa esse matrimonia.

Concilium Chalcedonen. Anno Christi 452. habitum, prohibuit Clericis & Monialibus conjugium. Ita etiam Concilium Laodicenū damnavit secundas nuptias.

Patres Affirmant.

Epiphanius lib. 2. tom. 1. hæres. 48.

Ecclesiæ nuptias pudicas honorat & susci-

pit, & habet reverendas & colit eas, &c. Sed & Abraham novimus liberos genuisse, & Domini amicum fuisse.

Augustinus lib. Q. novi & vet. Testamenti.

Ipse enim rogatus, ad nuptias ire non dedignatus est, & non solùm præsentia sua illustravit eas, verùm etiam contulit quod decerat ad lætitiam. Item: Nuptias non solùm non prohibuit, sed interesse dignatus est, testimonium eis tribuens, quòniam DEUS author earum est; & quòd à DEO junctum est, neq; prohiberi, neq; separari debere, salutari præcepto monstravit. *Clemens Alex. Strom. lib. 3. fol 216.* Iam verò unius quoq; uxoris virum utiq; admittit Apostolus, seu sit Presbyter, seu Diaconus, seu Laicus, uterum matrimonio citra reprehensionem.

Hieronymus in cap. 4. ad Tim.

Omnis qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est castitatis.

(*Omnis qui odit conjugium, odit ordinationem divinam, & reluctatur mandato Dei: Crescite & multiplicamini. Et si juxta sententiam Pontificiorum (uti minùs etiam ipsi rasi & uncti à scortatione) omnes abstinuissent à Matrimonio, jam ante multos annos humanum genus interiisse: siquidem singulis centum annis omnes homines in terra degentes moriuntur, & nulli*

nullus vel perpauci eorum superstites mansissent. Ego quidem contentus fuissem, ne unicus hominum praeteritis centum annis Sacrificulus aut Monachum agens, natus fuisset, minus jam esset viperarum generis, & Antichristi regnum desiisset. At verò per Papam, Cucullatos & unctos sic se res habebat, si conjugium desiisset, ipsi inculpati scortationibus & libidinibus indulgerent, posthabitis aliis, suos spurios Regnis mundi praficere, & nos ut mancipia in servitutẽ adigere possent: In hunc modum gauderent belli homunculi, quemadmodum in Calacuth olim sacrificuli quaslibet sponsas deflorare, & cum illis primò concumbere solebant. Et sicut Vilshofii in Bavaria accidit, cùm bonus ille dominus Johannes Diaconus ibidem comprimeret benedictione carnali cujusdam civis Piscatoris nomine uxorem, & ad scalam sponda clavium suarum oblitus esset, per bonum illum virum Piscatorem adulterae maritum, salutatione praedicta, claves transmissas inculpatus iterum accepit. Eyder from b Herr Hans/ hat die Schlüssel vergessen.

Paulus ad Ephes. 1. 5. Colos. 1.

Deus Christum dedit caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Ephe. 4. Vt crescamus in illo, per omnia, qui est caput, Christus.

Affirmat.	Negat.
Avthor oneris Ecclesiæ pōtificiº inquit: Solus Christus	Bellarminus li. 2. de conciliis 17. cap. & lib 1. de Pon-

ſt' eſt caput Eccleſiæ. c. 49. ac fundamentũ Apoſtolorum & Prophetarũ, ſumusq; angularis lapis. c. 10. §. 1.

Papa Pelagius ſecũd', in c. nullus. diſt. 99. Nullus Patriarcharum univerſitatis vocabulo unquã utatur.

Papa Gregorius 1. lib. 4. Epiſt. cap. 83. ait: Quòd huic ſceleſto vocabulo conſentire nihil aliud ſit, quàm fidem perdere.

Idẽ in Epiſtola 32. ait: Petrus Apoſtolus non appellatur Epiſcopus œcumenicus ſeu univerſalis. Et 38. Epiſt. Quid Chriſto capiti univerſalis Eccleſiæ reſpondebis? qui titulo univerſali, omnia ejus membra

tif. ca. 13. ait: Pontifex in Eccleſia eſt ſumm Monarcha, caput & Sponſus Eccleſiæ. I tem, Pontificem Romanũ caput eſſe Eccleſiæ tradunt, qu Petrum à petra d ducere ac intelliger volunt. Ut Polydo Vergili' lib. 4. cap. r Archiepiſcopus Fl rentinus ſum. par. tit. 22. c. 5. & c. 6. §.

Stephan' Bertra vol. 2. part. 1. con 165. Iohan. de Tu Cremata. Item, Co cilium Florentinu ſtatuit: Papam e Vicarium Chriſti caput Eccleſiæ. G gorius de Valentia Anal. lib. 7. c. 2. ſc bit: Petrus à Chri conſtitut' eſt fund mentũ Eccleſiæ un

verſæ

bra subjugare tentas.

Thomas de Aquino, in Iohan. lectio. 15. opusc. 5. & 6. Dominus (inquit) nomẽ Simoni mutatum voluit, & Petrum vocari, ut designaret Ecclesiæ mysteriũ, quæ fundata est sup confessionem Petri. Petrus enim dict° à Petra: autem est Christus, super quem fundata est Ecclesia, ut sit firma, quæ etiam hîc intelligitur nomine Simonis Petri.

Item

Jus Canoni. dist. 19. cap. Itaq, Dominus &c.

Et super hanc Petrã) Per hanc dictionem enim credo Dominum nihil aliud demonversæ: cui post Christum, tanquã firmissimæ Petræ, tota illa Fabrica spiritualis niteretur. Item: Romanus Pontifex, ut Petri successor, is ipse est, super quem, tanquam fundamentum firmũ & immobile, ædificium Ecclesiæ totum spirituale consistit. dem 5.

Bellarminus de major. & obed. 21

Subesse Romano Pontifici, omni humanæ creaturæ declaramus, dicim definimus, & pronũciamus omnino esse de necessitate salutis.

Joan. de Turr. crem lib. 2. de Eccles. cap. 52.

mõſtraſſe: quàm hæc verba, quæ Petrus reſpõdit Domino, cùm dixit, tu es Chriſtus filius Dei vivi: quòd ſuper illo articulo fidei fundata eſt Eccleſia.

Pontifex Roman' eſt caput & rector omnium fidelium, adeoq; ſupremus totius Chriſtianitatis.

S. Patres Affirmant.

Hilarius de Trinit. lib. 2.

Vnum igitur hoc eſt immobile fundamentum, una hæc eſt fœlix fidei petra, Petriore confeſſa: tu es filius Dei vivi.

Ide' lib. 6. de Trinitate: & Chryſoſtomus ſer. de Penteco ſte. 26.

Super hanc petram, non dixit Petrum. Non enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem Petr ædificavit Eccleſiam ſuam. Quid autem erat fides? Tu es Chriſtus filius Dei vivi.

Iſidorus lib. 7. etymol. cap. 9.

Dominus dicit, ſuper hanc Petram, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam. Petra enim erat Chriſtus: ſuper quod fundamentum etiam ipſe ædificatus eſt Petrus.

Aug-

Augustinus contra Petiliani Epist. cap. 4.

Totus Christus caput, & corpus est: caput unigenitus Dei filius; & corpus ei Ecclesia, sponsus & sponsa, duo in carne una. Item ad Bonifacium Epistol. 58. Ecclesia Catholica sola est corpus Christi, cujus ille caput est salvator corporis sui.

Idem Super Matthæum serm. 13.

Super hanc petram, quam cognovisti, dicens, Tu es Christus, Filius Dei vivi; ædificabo Ecclesiam meam: id est, super me ædificabo te, non me super te.

Chrysostomus in homilia 35. in Matth. cap. 20. & habetur in c. ult. dist. 40.

Quicunq; desiderat primatum in terra, inveniet confusionem in cœlo, nec inter servos Christi computabitur: qui de primatu tractaverit. Vide plura in Examine & Inquisitione fol. 56.

LVCÆ XXII.

Christus dixit ad Apostolos suos: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habẽt super eos vocantur

cantur Benefici: vos autem non ſic. Itē 1. Petri 2. Subjecti eſtote omni humanæ Creaturæ propter Deum, ſive Regi, ſive Ducibus.

AFFIRMAT.

AUTHOR Oneris Eccleſiæ cap. 20. §. 6. ait: Dominus Ieſus palàm negavit regnum ſuum eſſe huj⁹ mundi: quinimò ipſe ſolus fugit in montē, cū cognoviſſet, quia populi venturi eſſēt, ut eum facerent Regem. Quomodo ergò convenit, ut Chriſti locū tenens, mundanam ditionem, nō ſolùm admittat, verū etiam ambiat?

Bartholomæ⁹ Chaſſaneus li. 4. conſid. 7. inquit: Videtur quòd ſum̄us Pontifex & Sacerdotes

NEGAT.

BALDUS ait, Papā eſſe omnium Principem & Regem Regum, Ducem & cauſam omnium in Eccleſia militantiū. Papā habere omnē Regalem & Imperialem, nedum Sacerdotalē poteſtatē, in toto mūdo. Quia conſecratur ut Sacerdos, & coronatur ut Rex: teſte Auguſtino de Ancona, in ſum̄a de Eccleſiaſt. poteſt. q. 1. ar. 7. Nicolaus Egmundanus cognomine, Magiſter Lovanienſis & Carmelita, ſcripſit: Pōtificē Romanū eſ-

cerdotes ſancti ordinis, ſint ſubjecti Regi & Principi, cùm, ut habetur 4. Regum 23. præcipiat Rex Helciæ Pontifici & Sacerdotib⁹ ſecundi ordinis, ut projicerent de tẽplo Domini vaſa, quæ facta fuerant Baal. Nicolaus Machiavellus tẽpore Papæ Leonis decimi, hiſtoricus & ſecretarius Florentinus, in hiſtoria ſua clarè oſtendit: Exambitione Pontificum pleraque Chriſtianis proveniſſe mala. Itẽ, ante Theodoricum Longobardorũ Regẽ, id eſt, ante annos 500. in rebus politicis, ſuis ſemp paruiſſe regibus Pontifices, ſcribit. Et Cardinales nihil aliud initio fuiſſe, ſe omnium rerũ Dominũ: omnesq; Principes Chriſtianos ab ejus nutu pendere, & habere Imperium in Angelos ac Dęmões.

Archiepiſcop. Flor. par. 3. Sũ. ti. 22. c. 5. dicit: Papę poteſtatẽ extẽdere ſe ad cœleſtia, terreſtria & infernalia; juxta Pſ. 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ej⁹, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi, volucres Cœli, & piſces Maris. Et aptè: qa ipſe eſt Vicari⁹ Chriſti. Quoad terreſtria, dicit Oves, &c. quoad Cœleſtia, dicit volucres: quoad infernalia, dicit piſces maris. Ib. c. 6. §. 1. Dicere Pontificem Ro. nõ habere univerſalis Eccleſiæ primatũ, eſt error ſimilis errori, di-

fuiſſe, quã parochos: ſed: deinceps Politicã poteſtatem pauiatim ſibi rapuiſſe illos dicit, ac ſuper Cæſares ipſos dominiũ uſurpaſſe. Tribus artib⁹, in ipſis creviſſe Pontificem demonſtrat: Excommunicatione, Indulgẽtijs,& Armis.

centum. S. S. à filio non procedere &c. Idem §. 4. Quæreti, utrum Reges & Principes Chriſtiani, & per conſequens omnes fideles teneantur eſſe ſubditi Rom. Pontifici, Reſpondet: Omnes Reges Chriſtiãos Ro. Pontifici oportere eſſe ſubjectos, ſicut ipſi Domino Ieſu Chriſto.

Alex. Carerius de poteſt. Rom. Pontif. lib. 2. cap. 3. num. 18. Ex quibus concluditur verè & juridicè: Nullum in orbe Principem eſſe, qui delinquendo Rom. Pontificem ſuperiorem non habeat &c. Quòd Papa ſuperioritatem ad Imperium ſine dubio habeat, & vacante Imperio, Imperatori ſuccedat. Vt Clemens Papa quintus in Clement. Paſtoralis. de re judic. gloriatur.

PAULUS 2. AD THESSAL. 2.

Homo peccati & filius perditionis qui adverſatur & extollitur ſuper omnes

mne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Mysterium jam operatur iniquitatis. Item, 1. Ioan. 4. Antichristus est, de quo audistis, quoniam venit, & nunc jam in mundo est.

Affirmat.

Papa Gregorius magnus in Epistola 35. ad Ioan. Episcopum Constantinopolitanũ scribit: Rex superbiæ (Antichristus) propè est, & quod dici nefas est, Sacerdotum ei præparatur exercitus, qui cervici militant elationis; qui positi fuerant, ut ducatum præberẽt humilitatis.

Cyprianus in exposit. Symboli. Item li. 4. Epist. 6. ait: Scire debe-

Negat.

Tota cohors Pontificiorum Antichristum nondum in hunc mundũ veniſſe, multò minùs Papã esse Antichristũ pertinaciter contendunt: sicut Tiræ' Iesuwita & Cleophas Distelmayr, viginti scilicet probationibus demonstrare, atq; etiam Bellarminus, Pistorius, & alij plures fingere volunt, Eum potiùs ad finem mundi, nimirum ex tribu Dan

debetis & pro certo habere, pressuræ diē super caput esse cœpisse, & occasum seculi atq; Antichristi tempus appropinquasse.

Bernhardus super Psalmum 91. lib. 4. ad Eugenium Papam, his verbis minatur: Si abusus in Papatu nō abolentur, se ipsum & posteritatem cogi, Papam pro Antichristo, & Romam pro vera Babylonia agnoscere.

venturum esse. Compēdium Theol. li. 7. cap. 8. de Antichristo. Quos verò omnes Meister Dietrich Cycnæus, suis nugis & fabulis, longè præcellit, & mendacij arguit: Antichristu nimirum Lutherū, Islebij ex matre mediastina, quæ à Diabolo compressa fingitur, dudum in mundum procreatū & iterum mortuum esse. Heu quàm bellè conveniunt Spiritus veritatis scilicet. In Aberbericht contra Theologos Wittemberg.

SIBI IPSI CONTRARIUS AFFIRMAT ET NEGAT.

Cleophas Distelmayr fatetur, Papam esse Antichristum, in suo tractatu, demonstratione prima, de Voca-

Cleophas Distel. negat Papā esse Antichristum, in suo tractatu: sed potiùs Turcam & Lutherū An-

Vocabulo aut nomine Antichristi, linea nona inquiens : Vocabulum Antichristi denotat vel eum, qui hisce in terris Christi est Vicarius: vel eum, qui in uno atq; altero ei est adversus & contrarius. Iam fiat subsumptio : Romanus Pontifex, secundum omnium Papistarum unanimem consensum, in hoc mundo Christi est Vicarius. Ergò Romanus Pontifex est Antichristus. Item: Papa Christi testamentum & voluntatem ultimam, imò alias Dei ordinationes pervertit & mutat. Ergo Papa Romanus est Antichristus. Similiter etiã complures alij Pontificii: ut Episcopus Salisburgensis Eberhard⁹ ante ducentos annos, idem testantur. (*Aventin. lib. 7. Ingolstadii impress. Anno 54.*)

tichristos esse existimat.

Petrus Pyranensis Anno 1325. Arnolphus Episcopus Aurelianensis circa annum 980. Episcopus Florentinus anno 1100. ut testatur Platina, Papam Romanum Antichristũ nominârunt.

Gregorius Papa septimus,

Clemens sextus, item Papa Ioannes 22. per totum Imperij Senatum Antichristi declarati sunt. *Aven. lib. 5. fol. 350. Aven. lib. 8. fol. 401. Aven. lib. 7. fol. 361.)*

Papa Nicolaus primus Anno 558. per

Epi-

Episcopos Coloniensem & Trevirensem. Item Papa Honorius secundus & Papa Alexander per Gottfridum Ducem Lotaringiæ Antichristi fuerunt declarati, quorum nomina singula recensere nimis esset longum: historiæ ipsæ legi possunt.

Avent. lib. 5. fol. 338.

DIVVS PAVLVS AD ROM. 3. II. SCRIBIT!

Iustificamur gratis, per gratiam ipsius, per redemptionē, quæ est in Christo Iesu. Arbitramur hominem justificari per solam fidem, sine operib. legis. Gal. 2. Scientes quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Gal. 5. Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini: à gratia excidistis. Item Ephes. 2. Gratiâ salvati estis per fidem, & hoc nō ex vobis; Dei donum est, non ex operib. ut ne quis glorietur. Item Lucæ 17. Si omnia feceritis, quæ p̄cepta sunt vobis, dicite: sumus servi inutiles.

Affirmat.

Bonaventura libro quart. Senten. distinctione decimaquinta, quæstione prima ait: Quia homo nõ potuit pro tanta offensa satisfacere, ideo Deus dedit salvatorẽ & Mediatorem, qui satisfaceret pro offensa: unde in sola fide passionis Christi, remittitur omnis culpa, & sine fide ejus nullus justificatur.

(*Qui perfectè potest legem implere, potest etiam de salute esse certus, juxta illud Christi pronunciatũ: Hoc fac & vives. Renati possunt Pontificiis legẽ Dei perfectè implere. Ergo possunt etiam de salute sua esse certi. Vbi jam manet eorum dubitatio? Item, Si per legem est justitia,*

Negat.

Bellarminus Cardinalis ait: Potest homo plus quàm Deus præcipiat facere: Igitur multò magis potest implere præceptum Dei, libro 4. de justificatione c. 13. Propterea non timemus asserere: posse hominem per gratiam Dei justificatũ, ejusdẽ gratiæ adjutorio, & legem implere, & eâ impletione vitã æternã promereri. l. 3. de Pontific. capit. 23. porrò blasphemat: Si probaverim', fidem, spẽ & charitatem in hac vita esse perfectã: probatum quoque erit, nõ esse necessariam imputationem justitiæ Christi, lib. 2. de

just.

tia, fruſtra Chriſtus mortuus eſt. Pontificii poſſunt, ut gloriantur, per legem juſtificari. Ergò Pontificiis fruſtra Chriſtus mortuus eſt.)

juſt. ca. 7. Soto in aſſertione Cathol. de lege ait: Legem Dei, nō tantùm in hac vita impleri ab homine poſſe, ſed etiam plura, majora, & ſanctiora opera fieri poſſe ab homine, quàm lex præſcribat: adeò ut opera illa ſupererogationis alii vendi poſſint pro pecunia.

S. Patres Affirmant.

Auguſtinus de Natura & Gratia cap. 1.

Si per legem eſt juſtitia, ergò gratis Chriſtus mortuus eſt: ſi autem non gratis mortuus eſt, in illo ſolo juſtificatur impius; cui credenti in eum, qui juſtificat impium, deputatur fides ad juſtitiam.

Hieronymus contra Pelag. lib. 2.

Manifeſtè oſtendit, non in hominis merito, ſed in Dei gratia eſſe juſtitiam, qui ſine legis operibus credentium ſuſcipit fidem.

AFFIRMAT.	NEGAT.
Albertus Pighius pontificius, imputatam Chriſti juſtitiam, fa-	Piſtorius in ſuo libro Wegweiſer, pag. 170. ſcribit: Non ita im-

farēte ipso Bellarmino lib. 2. de justificatione cap. 1. unà nobiscum in secunda controversia defendit. Item Anshelmus in suis meditationibus, hominibus morientibus imputationem justitiæ Christi his verbis commendat: Dum adhuc preciosa anima tua est in corpore, debes omnem tuam spem & fiduciam nō in quicquam aliud collocare, quàm in meritum & mortem Iesu Christi; huic ipsius morti te totum committe, hac te contege, & in illā te involve. Ejusdem sententiæ est etiam Petrus Lombardus in lib. 3. dist. 19. Et Cassander.

Item

imputatur nobis aliena justitia, ut extra nos in Christo simus justi, & non in nobis. Item pag. 171. Sicut Paulus ad Roma. 4. dicit, quòd fides in Deum, qui justificat impium (& non justitia Christi) nobis imputetur ad justitiam.

(*Sic Papistæ perfidi contendunt: justitiā, Christi passionē ac mortem scilicet, solida & efficaci imputatione à Deo nobis imputari non posse: Sed Monachorum opera aliena, ad vitæ æternæ meritum imputari posse affirmant. Itē alienā jejunia, Idolatricas Missas, vivis & mortuis applicari posse statuūt, confectis super eo literis atque diplomatis. In libello Italico, Floscŭli Sancti Francisci, docetur: Franciscum quinque vulnerum stigma-*

Item. Ego Iacobus Feucht, confiteor hîc coram DEO & mundo, iterum, atq; iterum, & quotiescunq; quis voluerit, cum omnibus Christianis Catholicis: Quòd Christ⁹ Ieſus, verus DEI & Mariæ fili⁹, ipſe, & ſol⁹ ipſe, imò non alius, neque in cœlo nec in terra, morte ſuâ conſecut⁹ ſit: condonationem mnium peccatorũ, non tantùm quorũdam, ſed omnium, majorum & minorũ, originalium & actualium, mortalium & venialium, non ſolùm meorum, verùm etiam totius mundi. Ego etiam fateor, remiſſiones omnium tàm æternarum quã tempo-

ſtigmatibus ſibi ab angelo impreſſis, ſervare poſſe à morte æterna, viros, qui in ipſius tempore vixerunt, & vivent uſque ad noviſſimi diem.)

Contra. Bonaventura, Tapperus & Petrus de Palude: (*Item Colonien. Cenſura & Sotſersberger*) contendũt Christum tantùm ſatisfeciſſe pro peccato Originali. (*Idem ita plenè ſicut Franciſcus poſſe ſalvificare homines.*) Item Petrus à Soto in confeſſione ſua Catholica ſcribit: Cælibatum ſeu Virginitatẽ eſſe omnium maximam ſatisfactionẽ pro peccatis, & meritoriam vitæ æternæ. *Bellarminus lib. 2. de Monach. cap. 6. ſcribit.*

Thomas docet: recte credi, per monaſtica

temporalium pœnarum, nõ aliundè promanare, niſi ex ſolo ſãctiſſimo Ieſu Chriſti merito: Imò tàm ſufficienter Chriſtus Ieſus ſatisfecit, tàm plenariè, tàm abundè, imò abundiſſimum ejus eſt meritũ ac paſſio ſalutifera, ut non uni mundo, ſed decem vel mille orbibus exiſtentibus, ſatis ſuperq; & plus quàm ſatis ad cõdonationem omnium peccatorum, deletionem omnium pœnarum, ad deſtructionem Inferni, & apertionem Cœli ſufficeret. Concione 3. fol. 164. Anno 1600. Dillingæ impreſſ.

ſticam profeſſionem ſatisfieri pro omnib' peccatis, & eſſe hanc profeſſionem alterũ Baptiſma. Johan. à Davẽdria contr. cõf. Aug. pag. 455. Monachatus non abs re ſtatus pfectionis appellatur.

Johan. Cochleus li. eodẽ. pag. 461. ſcribit: Non eſt blaſphemia, dicere: Quòd Monachi & Moniales, ſi vota ſua cuſtodierint, mereantur vitam æternam. (*Nota: Monachia & Moniales non indigent ſalvatore. Ego autem exiſtimo, Cochleũ denotare ſuos caſtratos, qui etiam hoc nomine inſigniuntur. O vos circumforanei ferte opem, ut veſtro auxilio Monachi ſalventur.*)

Georgius Caſſander, ſummæ authoritatis Theologus Pontificius, in articulo de Iuſtificatione, in Conſultatione ſua ait: Proteſtantium doctrinam (non poſſe homines juſtificari corã Deo propriis viribus, meritis aut operibus, ſed gratis juſtificari per fidem) ſemper in Eccleſia probatam & retentam: & hodie ab omnibus Eccleſiaſticis ſcriptoribus approbari aſſeverat.

Adrianus de Trajecto, qui poſtea Pontifex eſt creatus, in 4. Sen. ita ſcribit: Sunt merita noſtra velut baculus arundineus, cui dum quis innixus fuerit, confringi-

Franciſcus Coſterus in Enchiridio, tit. de meritis bonorum operum ait: Homo juſtus, non ſolùm vitam æternam meretur bonis operibus, ſed ampliorem etiã gratiam Dei, atq; juſtitiã in hac vita: ſicut filius favorem & amorem parentum erga ſe officijs auget.

Petrus Aſotus in aſſertione Catholica tit. de bonis operibus: Sentiendum eſt, juxta Eccleſiæ Catholicæ ſenſum, bonis operibus, quæ ex divina gratia fiunt, ita eſſe fidendum, ut ad expianda peccata, iram Dei placandam, & vitam æternam conſequendam

neceſ

tur, perforat manum innitentis: & quasi pannus menstruatæ sunt omnes nostræ justitiæ.

Cassander ait: Nulla in Deum sunt merita nostra, cui debita sunt omnia quæ præstamus: cùm non ex nobis, sed sola bonitate sua, &c.

Casparus Contarenus Cardinalis & legatus Pontificis, in Epistola ad Alexandrum Farnesium, Basilex Anno 1563. edita, affirmat: Nullo modo bōa opera nostra sunt aut dici possunt meritoria vitæ æternæ.

Censura Colon. pa. 175. Vita æterna, & merces est, & retributio nostrorū operum necessaria sint, & utilia.

Bellarminus lib. 5. de justificatione cap. 16. contendit, opera justorum ex charitate facta meritoria esse vitæ æternæ ex condigno.

Item Bellarminus, lib. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 15. ait. Vita æterna verè & propriè est merces, & meritis bonorum operum acquiritur.

D. Kaysersbergius in concione de ascēsione Christi fol. 73. asserit: Sicut Christus propriâ virtute, hoc est, proprio merito ascēderit in Cœlos, sic quēq; suo proprio merito ascendere oportere: Nam meritū

rum. Si merces: Igitur meritum præceſſiſſe neceſſarium eſt.

Piſtorius in ſuo ſcripto contra Hunnium: pag. 18. ait: Chriſti meritum Solum, Solum, Solum, nos efficiēter & meritoriè juſtificare & ſalvare, & mereri omne, quod nobis ad ſalutem eſt neceſſarium.

Chriſti non eſſe cauſam totalem noſtræ ſaluts. Du muſt den Stewer vñ Hülff auch thun / ſagt er.

Cenſura Coloniēnſis fol. 186. ſtatuit: De noſtro eſt beatam illa æternitas promerēda, præſtandumq; eſt aliquid ex proprio.

Guilielmus Antiſſiodorenſis in ſumma aurea li. 3. tract. 12. Quoniam homo ex condigno malis operibus meretur mortē æternam (aliter ageret Deus cum eo injuſtè.) Ergo cùm bona opera magis ſunt bona, quàm mala opera ſint mala, multò fortiùs bonis operib' meretur vitam æternā ex condigno.

AFFIRMAT.

Johannes Fabri, concionator Pontificius Auguſtæ Vindelicorum, inquit in 1. o libello precationum

NEGAT.

Petrus de Palluda in 4. Sent. diſt. 20. quæſt. 3. Pro parvulis ſufficit meritum Chriſti, quia nō poſſunt

nũ Dilingæ impreſſo Anno 77. fol. 94. & Anno 88. fol 91. Ideò Chriſtus dominus noſter, hoc ſanctum ſacrificium veri corporis & ſanguinis ſui, Eccleſiæ ſuæ ordinavit, & in ſuam memoriam ſumendum præcepit: Non ut nos quotidie peccatorum remiſſionẽ ac reconciliationem cum Deo denuo promereri debeamus: (quaſi Chriſtus pro nobis non ſufficienter, abundè & plenariè ſatisfeciſſet ac promeruiſſet) verùm ut nos pro noſtra redemptione & omnibus beneficijs divinis gratias agere debeamus.

ſunt mereri: ſed adultis non ſufficit meritum Chriſti cum Baptiſmo, ſed tenentur addere meritum proprium.

Tapperus de ſatisfact. art. 1. & 6. ſcribit: Chriſti ſatisfactionem perfectam quidem eſſe; atqui non efficacem: noſtra verò opera eſſe efficaciſſimam ſatisfactionem, ut quæ ſatisfactionem Chriſti primùm perficiant, vim & efficaciam ei abſolutam conferant.

Bonaventura in 3. Sen. diſt. 20. q. 1. ſcribit: Adultis non eſt ſalus, ſine proprio merito. Quamvis enim parvulis, qui nõdum habent uſum liberi arbitrij, ſufficiat

ad

ad ſalutem meritum Chriſti, quod communicatur eis in perceptione Baptiſmi: tamen adultis non ſufficit, ſed oportet ut ad meritum Chriſti addant meritum proprium.

Affirmant.

Auguſtinus ſuper 144. Pſalmum ait:

Quando audis, te eſſe juſtificatum gratis, ſic intellige, quòd abſq; tuis meritis ſit factum. Si ergò gratis liberè tibi datũ ſit, nihil quicquam ad hoc attuliſti, nihil meruiſti: ſi autem meritis remuneratio facta, tunc eſt debitum, non gratia.

Bernhardus ſuper Cantica ſerm. 68.

Sufficiat ad meritũ, ſcire quòd non ſufficiant merita: ſed ut ad meritum ſatis eſt, de meritis non præſumere; ſic carere meritis ſatis ad judicium eſt.

Ambroſius ad Timoth. 2. cap. 2. & Rom. 4.

Manifeſtum eſt, eos eſſe beatos, quibus ſine labore vel opere aliquo, remittuntur iniquitates, & peccata tegũtur, nulla ab his requiſita pœnitentiæ opera, niſi tantùm credant.

Anshelmus de menſura crucis.

Si homo mille annis ſerviret Deo, etiam ferventiſſime, non mereretur ex condigno dimidium

dimidiã diem esse in regno Cœlorum. Vide plura in Examine meo & Inquisitione Papistarum & Jesuitarum fol. 120. 121. 122. 123.

Paulus ad Rom. 14.

Quicquid non est ex fide, peccatũ est. Jacobus cap. 2. Qui offendit in uno, factus est omnium reus.

Affirmat.

Petrus Lombardus lib. 2. Senten. di. 41. scribit: A quibusdam non irrationabiliter astruitur, q dicunt, omnes actiones & voluntates hominis sine fide malas esse, quæ fide habita, bonæ existunt. Vnde Apostol' ait: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Quod exponẽs Augustin' ait; Omnis infideliũ vita

Negat.

Bonaventura lib. 2. dist. 27. quæ. 3. dicit: Hominẽ peccatorem adhuc inimicum Dei posse facere bona opera, quę extra charitatem facta mereantur de cõ' gruo 'primam gratiam, quam virtutum infusionem & justificationem appel'ant. Ejusdẽ sentẽtiæ sunt: Steph. Brulifer Sent. 2. di. 5. quæ. 6. Omnis

vita peccatū eſt, & nihil bonū eſt ſine ſummo bono. Vbi deeſt agnitio æternæ veritatis, falſa virtus eſt, etiā in optimis moribus. Qui ergo fidem & charitatem nō habet, omnis ejus actio peccatum eſt, quod ad charitatem nō refertur. Idē affirmant D. Eraſmus & Anshelm' Archiepiſcop' Cantuarienſis ſuper 14. c. ad Rom.

actus, &c. Durandus de ſancto Portiano, Sent. diſt. 17. quæſt. 2. Item Thom. Aquinas prima ſecundæ quæſt. 114. Gabriel Biel 4. Sent. diſt. 16. q. 2. propoſitione 4.

Bellarminus l. 5. de juſtificatione cap. 22. non veretur aſſerere Poſſe hominē nondum reconciliatum per opera pœnitentiæ impetrare & mereri ex congruo gratiam Juſtificationis. Concilium Trident. Can. 7. Si quis dixerit, Opera, quæ ante juſtificationem fiunt, quacunq; ratione facta ſunt, verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri, anathema ſit.

Patres Affirmant.

Chryſoſtomus in 1. ad Rom. ſerm. 2.

Nulla prorſus re liberamur, niſi per fidem. ſic & qui antè fuerunt, illuſtres facti ſunt omnes, ſic Abraham, ſic Iſaac, ſic Jacob.

Auguſtinus

Augustinus in Psalm. 104.

Non enim quisquam præter eam fidem, quæ est in Christo Jesu, sive ante ejus incarnationem, sive postea, fit reconciliatus Deo.

Bernhardus lib. 5. de consid.

Ergo ut dixi, ambiguum non habet: aut si habet, fides non est, sed opinio.

Augustinus cont. 2. Ep. Pelagia. lib. 3. c. 5. folio 612.

Nostra fides, hoc est, Catholica fides, justos ab injustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit; quia justus ex fide vivit. &c. Sine ipsa (fide) verò, etiam quæ videntur bona opera, in peccata vertuntur. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est.

Nota. Vide discrimē vera & falsa Catholica Ecclesia.

Affirmat.	Negat.
Pistorius in suo libro Wegweiser pag. 165. scribit: Fidem omnium primam præ cūctis cæteris esse antegredientem operationem gratiæ Dei in nobis, adeoq; radicem & fundamē tum	Bellarminus li. 5. de just. c. 15. ait: Fuit singularis opinio G. Altisidiorensis. lib. 3. tra. 12. Meritum prius & principalius à fide, quàm à charitate pendere. Et addit Bellar. Hæc sentētia non

tum totius insequē-tis justitiæ & beatitudinis.

nō parum favere videtur errorib. hujus temporis hæreticorum. Et paulò post inquit: Argumēta omnia, quibus suprà probatum est, formalem causam justificationis non esse fidem sine charitate, sed fidem charitate formatam, ita ut principaliter justitia vera & Christiana in charitate consistat, probant etiam meritum principaliter ex charitate pendere. (*En pulchram consonantiam inter hos duos grandes Doctores Pontificios, qui se invicem hæreticis coronâ & titulo insigniunt.*)

Sibi ipsi contrarius

AFFIRMAT.

BEllarminus lib. 2. de Indulgent. ca. 10. affirmat: Christū suâ passione satisfeciſſe DEO Patri pleniſſimè p reatu culpæ & pœnæ temporalis & æternæ, omnium peccatorum.

Bel-

NEGAT.

BEllarminus lib. 1 de Indulgent. c. 2. de passionibus sanctorum scribit: Ipsos pl° passos esse, quàm eorum peccata requirerent: præcipuè verò martyrium, ait, tam plenam satisfactio-

Bellarminus lib. 2. cap. 4. negat, ſuperfuiſſe ſanctis merita, vel ipſa merita in alios redundare. Porrò affirmat capite 9. Illa opera quamvis ſupererogationis fuerint, tamen ſuo præmio non caruerunt, atq; ideo nulla ratio finit ut alijs applicari poſſint.

ctionem eſſe, ut expiare poſſit reatum contractum ex quãtovis ingenti numero & magnitudine peccatorum.

(Ergo Chriſtus non eſt ſalvator totius mundi, nõ ſolus torcularia tra Dei calcavit, non ſatisfecit, ſecundùm ſententiam Pontificiorum, pro peccatis totius mundi: ſiquidem homines ſeipſos ſalvare poſſint.)

Bellarminus lib. 1. de Indulg. cap. 3. affirmat: Epiſcopos dare ſolitos indulgentiam ad preces Martyrum, non ſolùm ut martyres honorarent, & ad conſummandũ martyrium accenderent; ſed etiam, quia videbant merita Martyrum poſſe communicari pœnitentibus. Item cap. 14. dicit: Suffragia viventiũ, id eſt, Ieiunia, Preces, Eleemoſynas, Miſſas, tribus modis poſſe juvare defunctos:

1. Per modum meriti de congruo.
2. Per modum impetrationis.
3. Per modum satisfactionis.

Pistorius in suo **Wegweiser** fol. 250. ait: Nos fatemur & corde & ore, Christum pro nostris & totius mundi peccatis plus quàm par est satisfeciſſe, & superabundanter ac pleniſſimè nos eum patre suo reconciliaſſe.

Bonaventura Tapperus & Petrus de Palude contrà dicũt Christum tantùm satisfeciſſe pro peccato originali, & homines pro reliquis actualibus peccatis ipſos met satisfacere debere. Vide pa. 19.24.

PAULUS AD HEBRÆOS 4. ET 10. INQUIT.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Item Epheſ. 3. 4. Nolite contriſtare S. ſanctum, in quo obſignati eſtis in diem redemptionis.

Item:

Item: Abluti estis, Sanctificati estis. 1. Corint. 6.

Affirmat.

Antonius Marinarius in confessu patrum Cocilij Tridēt. Anno 1546. habito, expressè ait: Qui suis operibus fidunt, de divina erga se benignitate dubitare solent, & per intervalla & vices huc atq; illuc alternando fluctuare, ut nusquam eis portꝰ, nusquam fide stationis spes appareat, facileq; ad desperationem in gravibus periculis infelicissimâ ratione tendimus. Item: Caro & Satan nunquam non solicitant ad diffidentiam pectora

Negat.

Stanislaus Hosius Cardinalis lib. 1. de hæresibus ait: Ex quo videre licet, quàm falsum sit Lutheranum illud axioma: Cuivis homini ad peccatorum remissionem assequēdam, necessarium esse, ut firmiter credat, certoq; statuat, absque ulla dubitatione propriæ infirmitatis & dispositiōis, esse peccata sibi remissa. Et paulò pòst: Nulla potest esse apud Deum major abominatio, quàm sit hæreticorum tanta præsumptio.

Sotus

ctora justorum, quibuscum perpetuũ est certamen: nunc eos temeritatis accusant, quòd se divini consilij conscios & participes faciunt. O felicem Christiani pectoris fiduciam! ò beatam Euangelici cordis pietatem! ò securam Christianæ mentis fiduciam!

Sotus refutans Ambrosium Catharinũ Archiepiscopum Minorensem, his verbis blasphemat S. sanctum: Quòd tu arbitraris posse fieri hominem, certum suæ gratiæ omnem prorsus dubitationem excludens: atq; id testimonio illo, quod authore Paulo S. sanctus reddit spiritui nostro, quòd simus filij DEI: hoc ego verò, salvâ pace & authoritate tuâ, credo esse omnino falsum.

S. Patres Affirmant.

Augustinus Tom. 8. in Psalm. 85. fol. 646.

Abluti estis, sanctificati estis, dicit Apostolus 1 Corint. 6. Si ergo sanctificatos dicit, dicat & unusquisque fidelium, sanctus sum. Non est ista superbia elati: sed confessio

teſſio non ingrati. Si enim dixeris, te ſanctum eſſe ex te, ſuperbus es: Rurſus fidelis in Chriſto, & membrum Chriſti, ſi te non dixeris eſſe ſanctum, ingratus es. Ut ergò nec ſuperbus ſis, nec ingratus, dic Deo tuo; Sanctus ſum, quia ſanctificaſti me: Quia accepi, non quia habui; Quia tu dediſti, non quia ego merui.

Idem Auguſtinus de verbo Domini ſerm. 28. fol. 76.

O homo, faciem tuam non audebas ad Cœlum attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & ſubitò accepiſti gratiam Chriſti: omnia tibi peccata dimiſſa ſunt, ex malo ſervo, factus es bonus filius. Ideo præſume non de operatione tua: ſed de Chriſti gratia. Gratiâ enim ſalvati eſtis, Apoſtolus ait. Non igitur arrogantia eſt, ſed fides: prædicare quod acceperis, non eſt ſuperbia, ſed devotio.

Pau-

PAULUS AD ROM. 8.

Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? Certus enim ſum quòd neq; mors neq; vita, &c. Item Jacobi. 1. Qui hæſitat, non æſtimet quòd accipiat aliquid à Deo.

Sibi ipſi contrarius

AFFIRMAT.

BELLARMINUS li. 3. de juſtificatione cap. 3. citat autorem Enchiridij Colonienſis his verbis: Fatemur verum eſſe, ad juſtificationem hominis omninò requiri, ut homo certò credat, non tantùm generaliter, quòd propter Chriſtum verè pœnitentibus remittantur peccata, ſed & quòd ipſimet homini

NEGAT.

BELLARMINUS li. 3. de juſtificatione ca. 3. negat: homine in hac vita non poſſe habere certitudinem fidei, de ſua juſtitia, exceptis, quib' Deus ſpeciali revelatione hoc indicare dignatur.

Antonius part. 4. tit. 6. ca. 2. §. 7. Nullus poteſt eſſe certus in via præſenti, ſi habet charitatem,

mini credenti remissa sint peccata propter Christum p fidem. Ejusdem sententiæ sunt Cassander & Anshel. in suis meditationibus.

Concilium Duellum, hoc est, pugna inter Deum & hominem, usque ad aurorã: Si quis dixerit, omnem hominem firmiter credentem, quantumvis debilitatum peccatis, per luctam fidei nõ posse vincere, & superare Deum, aut sepositа dubitatione, eum ad æternam benedictionẽ compellere, anathema sit. Gen. 32.

ei sit specialiter revelatum, unde dicitur Eccleſiast. 9. Nescit hõmo, utrũ odio vel amore dignꝰ sit. &c.

Concilium Tridẽt. Can. 13. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut certò credat, & absq; nulla hæsitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit.

S. Patres Affirmant.

Augustinus Serm. 8. super primam ad Tim.

Nemo cogitet, se exaudiri, si corde anxio & dubio aliqd à Deo petat. Quid autem sit dubitatio,

Idem affirmat Chrysostomus in 1. ad Tim. hom. 8. fol. 229.

diligenter obſervandum. Non decet dubi-
tare, cùm manus ſanctas ad Deum attollim
ut ab eo exaudiamur.

GENESIS 8.

Senſu eſt cogitatio humani cordi
in malum prona ſunt, ab adoleſcenti

ITEM PAULUS AD ROMA-
NOR. 8. DICIT.

Senſus carnis inimicitia eſt adver
Deum.

AFFIRMAT.

GABRIEL Biel in Ser. 1. Dom. 11. Pereg. Deo non placere poſſunt opera cujuſquam, niſi & ipſe actor priùs plus placeat. Reſpexit enim Deus ad Abel, & munera ejus. Placent Deo opera noſtra, quia primò nos ipſi grati & accepti ſumus

ET NEGAT.

GABRIEL Biel Sent. diſt. 1 quæſt. 1. propoſ. ſcribit: Viatoris lũtas humana ex is naturalibus poſ diligere Deum ſup omnia.

(*Ergo poteſt ex ſuis ralibus implere leg Et conſequenter etiam ne gratia Dei juſtifi*

sumus Deo. Nõ autem Deo placet homo ad vitæ æternæ consecutionem, & meritorum executionem ex puris naturalibus. Sed neq; ejus opera, nisi ex gratię gratum faciẽtis inclinatione procedant.

Decretum de cõsecratione di. 4. cap. firmissimè! Eramus natur â filii Iræ, à qua ira null⁹ liberatur nisi per fidẽ Mediatoris Dei & hominum, hominis Jesu Christi.

Andreas Fricius cap. 12. li. 4. de Ecclesia ait: Nos exclusâ dignitate ab operib⁹ nostris submittam⁹ nos potenti Dei manui

juxta illud: Hoc fac & vives. Item Gal. 3. Qui fecerit ea homo, vivet in eis.)

Thome. Aquinas prima secundæ, quæ. 114. art. 7. ponit: Quilibet actus charitatis meretur absolutè vitam æternam.

Nicola⁹ de Orbellis 4. Sent. dist. 14. part. 12. Actus contritionis, potest ita esse intensus, ut mereatur remissionem culpæ & pœnæ, ita quòd etiam nullam pœnã in purgatorio sustineret, si ita decederet. Quod patet de Latrone, cui Dominus dixit: Hodie mecũ eris in paradyso.

Conciliũ Tridẽt. Si quis dixerit, hominis justificati bona

nui, ad promissiones divinas, benignitatẽ-q; largitoris nos cõvertendo.

Nicolaus Lyra in glossa super tertium cap. ad Gal. ait: Christum per falsos Apostolos condemnari, ferentes, quòd fides in Christũ non suffi ad salutem sine legalib⁹, *(arrigite aures vos tificii scriptores)* quodq; sic condemnent (Apostoli) Christum, tanquam impote ad salvandum, &c.

opera, ita esse do Dei, ut nõ sint eti bona ipsius justific merita, anathema Sessione 6. Can trigesima secunda

Patres Affirmant.

S. Ambrosius ait super 1. Cor. 1.

Hoc constitutum est à Deo, ut, qui in Christum, salvus sit sine opere, Sola gratis accipiens remissionem peccato

PETRUS APOSTOLUS IN 2. CA

Habemus firmiorem sermo Propheticum: cui bene facitis a dentes, ceu lucernæ lucenti in c noso loco.

Item Rex David 119. Psalmo: Verbum Domini lucernam pedibus, & lumen semitis esse dixit: Illuminans oculos. Mandatũ lucerna est, & lex lux. Item Christus ait: Pater, manifestavi nomen tuum hominib' &c. Ioã. 17. Berrhoenses, qui receperant sermonem, quotidie scrutabantur scripturas &c. & ideo laudabantur. Dominus dicit ad Josuam: Nõ recedet volumen legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctib'. Item: Scrutamini scripturas, quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me, Joannis 5.

Psalm. 19. Prover. 6.

Actor. 17.

Affirmat.

Matthias Bredembachius in li. de dissidiis Ecclesię cõponendis: Scripturã Ecclesiæ traditam à Deo perhibet, tãquam regulã, ad quam tanquã ad amus-

Negat.

Iesuwitæ, ut Torrensis l. 1. Augustin. confessionis cap. 7. §. 3. & alii Pontificii statuunt: Scripturam sacram esse obscurã, dubiam, am-

Asotus. Costerus in Enchi. fol. 44.

amussim aut lydium lapidē omnium hominum tum vitam, tum fidem, tum doctrinam exigere atque examinare debet, &c. Idem in Apologia pagina 93. suadet, ut ad regulā mandatorum DEI, quę nec obscura sint, nec difficilia, unusquisq; vitam suam componat.

Clemens Papa, ex sacris literis, integrā & firmam veritatis regulam suscipi posse concedit. dist. 32. cap. relatum.

ambiguam, literam mortuam: Item nominant præceptori mutum, materiam litis, cereum nasum, Regulam Lesbiam, aut plumbeam, quæ in utramque partem flecti possit. Et ideo sacrarum literarum lectionem Laicis omnino esse interdicendam ac prohibendā. Vide Censu. Colon. fol. 8. 9. 15. Itē fol. 11.

Lectionem S. scripturarum non tanti non esse utilem, sed multis modis perniciosam Ecclesiæ.

Hosius de expresso Verbo Dei ait: Laicis lectionem scripturarum permittere, est sanctum dare canibus, & margaritas ante porcos projicere. De Religione & contro-

troversia articulorum fidei judicare & concludere, non ad mundanos aut Laicos, sed Episcopos & Prælatos pertinet. Laici enim & Plebei, quod ad doctrinam fidei spectat, non proprijs, sed alienis, Episcoporum & Prælatorum sc. oculis cernere debent.

Affirmat.

Papa Nicolaus inquit, dist. 96. cap. Vbinam legistis: Tractatio fidei est universalis: quæ non solùm ad Clericos, verùm etiam ad Laicos, & ad omnes omnino homines pertinet. Et quod omnes tãgit, ab omnibus approbari debet: teste Zabarella in tract. de schismat. Pontific. §. 12. Quis utiq;, nisi insolentissimâ insaniâ

Negat.

Episcopi congregati Bononiæ Anno 1553. hoc consilium dederũt Julio 3. Pontifici, de ratione stabiliendæ Romanæ Ecclesiæ: Deniq; (quod inter omnia consilia, quæ nos dare hoc tempore possumus, omniũ gravissimum ac extremum reservavimus) oculi hîc aperiendi sunt, omnibus nervis adnitendum

sania fascinatus & superbia ligatus in Cathedra pestilētiæ negabit, lectionem S. scripturæ laicis esse permittendam.

Concilium Nicenū statuit: Nullū Christianum debere esse absque Biblijs seu sacris literis, &c.

erit, ut quàm minimum Euangelij poterit (præsertim vulgari lingua) in ijs legatur Civitatibus, quæ sub tua ditione ac potestate sunt. Sufficiatque tantillum illud, quod in Missa legi solet: Nec eo amplius cuiquam mortaliū legere permittatur. Quamdiu enim pauculo illo homines contenti fuerunt, tamdiu res tuæ ex sententia successere, eædemq; in contrariū labi cœperunt, ex quo ulterius legi vulgò usurpatum est. Hic ille est liber (puta sacra Biblia) qui præter cæteras hasce nobis tempestates & turbines concitavit, quib' propè abrepti sumus. Et sanè si quis illum diligēter expendat, deinde, quæ in nostris fieri Ecclesijs consueverunt, singula ordine contempletur, videbit plurimum inter se dissidere, & hanc doctrinam nostram ab illa prorsus diversam esse, ac sæpè contrariam etiam, &c.

Auscultā sacrificule, Diabolus confiretur.

Propria confessio est optima probatio.

Pighius

Pighius lib. 1. de Eccl. hierarch. Si hujus doctrinæ memores fuissemus, hæreticos nō esse convincendos ex scripturis, meliore loco essent res nostræ: sed cùm ostentandæ eruditionis gratiâ cum Luthero in certamen descēditur scripturarum, excitatum est hoc quod videmus incendium.

S. Patres Affirmant.

Chrysostomus monet Laicos, ad Colos. 3. cap. homilia 9.

Audite, quotquot estis mundani, & uxoribus præestis ac liberis &c. Scripturas legite, idq; non simpliciter, neq; obiter, sed magna diligentia.

Ibidem:

Audite obsecro seculares omnes, Comparate vobis Biblia animæ pharmaca: Si nihil aliud vultis, vel novum testamentum acquirite, Acta Apostolorū, Euangelia &c.

Idem in Genesin homil. 29. Obsecrou, t huc subinde veniatis, & divinæ scripturæ lectionem diligenter auscultetis, non solùm cùm huc venitis, sed & domi Biblia in manus sumite, & utilitatem in illis positam magno studio suscipite. Idem homil. 8. in Lucam: Idem semper hortor, & hortari non

desinam, ut non hîc tantùm attentatis ijs quæ dicuntur, sed etiam cùm domi fueritis, assiduè divinarum scripturarum lectioni vacetæ &c.

Idem in Matthæum cap. 24. homilia 49. Hoc tempore omnes Christiani conferre se ad scripturas debent. Quia in tempore hoc, ex quo obtinuit hæresis illas Ecclesias, nulla probatio potest esse veræ Christianitatis, neq; refugium potest esse Christianorum aliud, volentium cognoscere fidei veritatem, nisi scripturæ divinæ.

Eusebius Emesenus homil. in Dominica 4. ab Epiphania ferijs.

Hanc consuetudinem Christiani habere debent, ut quotidie ad Ecclesiam veniant, quotidie legant ipsi, vel si hoc non valent, alios legentes audiant.

Hieronymus ad Demetri. Virginem.

Divinas scripturas sæpi⁹ lege, imò nunquã de manibus tuis sacra lectio deponatur in scripturis divinis, per quas solas, potes planè Dei intelligere voluntatem: Prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, suaderi nonnulla, prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, suadẽtur perfecta.

Ch-

Clemens Alexandrinus Strom. lib. 6.

Ex ſacra ſcriptura manare omnes fontes ſapientiæ, & eſſe veritatis ſcopum, nec utilem ſolùm, verùm etiam neceſſariam eſſe ejus lectionem affirmat.

Affirmat.

Andreas Fricius Pontificius inquit: Deus eſt author verbi ſui, quod tanti facit, ut cœlum & terra facilius tranſitura ſint, quàm verba ipſius peſſum itura. Ille eſt qui tuetur verbum ſuum, qui autoritatem tribuit, qui illud in dignitate vindicat, qui per Spiritum ſanctum obſignat in cordibus hominum: teſtimoniũ quidem Eccleſia Spiritu Dei afflata dare

Negat.

Petrus à Soto impudẽter ſcribit: Sacram ſcripturam non ſemper fuiſſe, ideoq; non neceſſariam ad fidem, multò etiam minùs in nova lege eſſe neceſſariã, & poſt Chriſtũ quàm antea. Defẽſ. de uno præſente judice pag. 1078.

Sacra Biblia eſſe librum hæreſeon, & nullam extitiſſe hæreſin, quæ non ex ſacris ſcripturis occaſionẽ acceperit. Doct. Ecci, & Cẽſura Co-

loni-

dare potest verbo & doctrina: hanc scilicet, quam jam inde ab Apostolis quasi per manus accepisset, & non aliam esse à Deo proditam: authoritatem verò illi tribuere nemo potest præter Deum ipsum, qui est auctor illius, illustrator, defensor, propugnator. Item l. 4. de Ecclesia cap. 7. Vehementer succenset illis, qui Scripturam cereo naso, in utramque partem flexibili comparant. Item: Ecclesiã necesse est accomodari ad verbum, non verbum ad Ecclesiam. Verbum fundamentum est, Ecclesia ædificiũ in illo collocatum.

loniensis pag. 27. Itẽ Alphonsus in lib. de hæresibus.

Lindanus Sacram scripturam adsimilat naso cereo, quæ in varias sententiarum formas flecti possit: in præfatione Censuræ Coloniensis pag. 117. Eadem Censura Coloni. ipsa 4. Dialogo, pag. 112. S. scripturam cereum Nasum esse affirmat. Item Wolfgangus Hermannus ait: Quando authoritas Ecclesiæ sacrã scripturam deserit, tum eas valere quantum fabulæ Æsopi.

Hic venerunt domini Sancta.

Thomas Stapletonus ait: Deo loquenti in Verbo suo scripto, non est credendum, nisi interposito ju-

judicio autoritativo Pontificis. Relect. princip. fidei controv. 4. quæst. 1. artic. 3.

Soli ergo Pontifici definienti credendum est, sive verum esse constet, sive non, hoc ipso, quia in authoritate est positus. Alexander Carerius de potest. Rom. Pontif. lib. 1. cap. 23. Francis. Boz. Eugubin. lib. 2. de temporal. Monarch. Pontif. Nicol. Sanderus de visib. Monarch.

Pontifex, sive possit esse hæreticus sive non, definiendo aliquid in fide, modò definiat, hoc ipso est indubitanter credendum. Alexand. Carer. lib. 1. c. 23. de potest. Rom. Pontifex Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontifex Stapletonus controver. 2. quæst. 2. (Attende hîç pie lector, Deo vero & omnis veritatis autori, imò veritati ipsi in suo verbo loquenti, juxta sententiam Stapletoni & Carerij, non esse credendum, sed potiùs Pontifici etiam hæretico, sive verum dicat, sive non, indubitanter credendum esse statuunt. Quis non videt aut palpat Antichristum se super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, extollentem?)

Affirmat.	Negat.
Gabriel Biel lib. 3. sentent. dist. 26.	Stapletonus Relect. princip. fidei

scribit: Scripturæ Canonicæ, absq; omni approbatione Ecclesiæ, ex natura rei sunt immutabiles & immutabiliter veræ.

Melchior Canus lib. 2. loc. Commun. c. 8. scribit: Ecclesiam S. sancto esse afflatam certè credo, non ut veritatem autoritatemque libris Canonicis tribuat, sed ut doceat, istos, non alios esse Canonicos.

contro. 4. quæst. 5. in tripl. adversus Wittak. c. 14. in disputat. de num. librorum canonicorum Sect. 7. th. 3. Dei verbum, quod per os Sanctorũ Prophetarum & Apostolorum locutus est, & scriptis eorundem complexus, non est verbum DEI, ne ad momentum quidem, nisi quatenus id Ecclesia loquitur.

Sibi ipsi contrarius

CALIDVM ET FRIGIDVM ex uno ore efflat.

HOSIVS Cardinalis in cõfessio. c. 16. Non aliter nos credimus Euangelio, nisi propter vocem Dei

HOSIVS de expresso Dei verbo folio 44. Scripturas, non in eo sensu, quẽ Romana Eccles. ample-

Dei intus loquentis & nos docentis.

OEcumenius 1. c. super Epist. ad Coloss. Sicut Deus, sine ullius creaturæ interventu Deus est: sic verbum de voluntate & consilio suo revelatum, divinæ autoritatis est & majestatis, hoc ipso, quia à solo Deo profectum, & non ab hominibus.

plectitur, proferre: non est expressum Dei, sed expressum Diaboli verbum proferre.

Patres Affirmant.

Lactantius de vero Dei cultu lib. 6. Num Deus & mentis & linguæ & vocis artifex disertè loqui non potest? Imò verò summa providentia fuco carere voluit, quæ divina sunt, ut omnes intelligerent, quæ ipse omnibus loquebatur.

Affirmat.	Negat.
Thomas de Vio, Cajetanus scripsit in comment. super 1. Co. 12. Eam solã esse sacram ac divinam	Stapletonvs contro. 4. quæst. 1. art. 3. In verbo scripto Apostoli tantũ levi ora tradiderũt; gravi ora autẽ fidei mysteria, & ipsũ religionis

